



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

M. DC. LXI. Coloniae Munatianaee, 1661

De Donationibvs. Titvlvs XXIV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

CAP. IV.

Si sine licentia prelati & majoris partis capituli religiosus fidei iussor...

Qvod & quibusdam religiosis a sede Apost. est prohib. volumus & mandamus ad universos exten. d. ne quis videlicet religiosus absque majoris partis capituli...

CAP. V.

Tonit tres casus, in quibus fidei iussor contra debitorem agit antequam solvatur...

CAP. VI.

Utm. pro quo te fidei iussorem obligasti, si diu in debiti solutione cessaveris...

DE SOLVTIONIBVS.

TITVLVS XXIII.

CAP. I.

Successor in beneficio tenetur solvere debita predecessoris pro necessitate ecclesie contracta.

Alexander III. Decano & capitulo Morin. f.

A hoc g. in Apostolica: & infra. Sicut filius debita patris solvere tenetur...

CAP. II.

Si prelati obligat ecclesiam pro alienis debitis, est suspensus ipso facto ab administratione spiritualium & temporalium...

Gregorius IX. universi ecclesiarum prelati.

SI quorundam: & infra. Firmiter inhibemus, ne quis presumat ecclesiam sibi commissam pro alienis gravare debitis...

CAP. III.

Siclericus non habeat, unde satisfiat suis creditoribus, non debet excommunicari, nec aliter molestari...

Idem Decano & I. canonico Tullen.

Doardus i. clericus proposuit, quod cum P. clericus, D. laicus, & quidam alii ipsum coram officiali archidiaconi Remen...

CAP. IIII.

Eccliesia non vacans, in beneficium concedi non potest, nisi proprietatem sic de auctoritate ipsius Episcopi & sui prelati.

Mandamus, quatenus si confiteris, quod praedictum in totum vel pro parte non possit solvere...

Conquerens si indebitum solvere, hoc probare debet, nisi iussor possit. Idem. I. S. qui conqueritur indebitum pecuniarum...

DE DONATIONIBVS.

TITVLVS XXIV.

CAP. I.

Testes intelligi debent modis: & secundum praedictum...

Gregorius d. A. Patricii Galvan. Prudentes: [1] & infra. Hanc & alia modis modo nobilitatis legem...

CAP. II.

Non valet donatio, quam facit prelati in contrarium damnatum ecclesie.

Alexander III. Persico. Episcopo. Fratritatem i. tuam credimus non latere...

Vnde quoniam donationes huiusmodi de iure non nent, indulgemus tibi, ut licet donationes laicorum...

CAP. III.

In considerando, an valeat donatio facta per prelatum...

Idem Vigorini. Episcopo. n. Ceterum, si abbatem donationem cum pariter...

CAP. IIIV.

Eccliesia non vacans, in beneficium concedi non potest...

a ab episcopo. b prescripta. c Vid. l. cum de malitia...

Idem Abbas S. Alberti.
 Consultationibus a: & infra. Donationes vero vel
 concessiones ecclesiarum si quaerantur privatis perso-
 nis, reverentibus illis, qui ipsas ecclesias possident, nulli-
 us debent esse momenti. Si religiosis sunt locis ab Epi-
 scopo, vel eius auctoritate, rata debent haberi: Ita quod
 penitus, quae iam dictas ecclesias possident, sine ipsorum
 assensu in vita sua non debeant b spoliari.

CAP. V.
 Respondente iuramento de non infundando de novo, praelatus in-
 terrogatus fuit, si appareret vasalliam in mensura fuisse de-
 quum.

Innocent. III. Episcopo Floren.
 Petrus e libertas proponere procurasti, quod cum
 quidam Nobilis Florentini tempore schismatis Epi-
 scopum Florent. in domo sua tenuerunt, idem Episcopus
 velum schismatis tempore de mandato Alexand. Psp.
 quosdam modios terre in feudum concessit eidem: &
 hoc velum ipsius (prout est mortis) de certo feudo praefatos
 nobiles inestituit. Verum cum ipsi adsignatam terram
 feudum integrari, non nisi duos modios inveniunt,
 quibus non sunt in possessione ipsius, ne de novo
 adsignatam conferre: [1 & 7.] Nos iugiter attenden-
 tes, quod ecclesia in actibus suis fraudem non debet ali-
 quam admittere, respondemus quod feudum ipsum secu-
 re poterit integrare, cum terra illa quatuor modiorum
 ipsi fuerit adsignata.
 [1. Litteris fidelitatem curaverunt exhibere, & de quatuor
 modis fuerit inestituit, antequam coram petitione duces annun-
 tiant, si duxit ap. consensum.]

CAP. VI.
 In donationibus plenissima fit interpretatio: Et ob hoc clausula
 inestituitur ad plenam donationem adposita, proxima donationem tan-
 tum respicit, h. d. e. est casus singularis.

Idem R. d. de Buzg. & G. Berbur. Abba-
 titus.

Quoniam dilecti & filii Abbas & Monachi de Melios pro-
 pugnantes coram nobis, quod Nobilis vir Alanus
 quondam verus pater ipsius, eorum ecclesiae in eleemo-
 synam a signatas, violenter redigere cupiat in fore-
 sita: [1 & infra.] Mandamus, quatenus ad senten-
 tiam pro ipsius monasterio proferendam appell. postposita
 procedatis, cum ex tenore instrumenti vehementer g. ap-
 paret, quod hoc fuit mens & intentio donatoris, ut
 clausula de foretela, quae in fine ponitur instrumenti, non
 ad suspensionem donationem, quae tam libera & pura fuit,
 ut in omnibus esset vestigatio & consuetudine seculari, sed
 ad satisfactionem confessionem quae pensionem & determi-
 nationem habet infertam, iuxta sanum referri debeat in-
 strumentum: quia in contractibus plena h. in testamen-
 tis plenior, in beneficiis quoque plenissima est inter-
 pretatio adhibenda.

[1. Et super his iudicari molester, vobis de offere volumus in
 mandatis, ut ipsam A. de ipsorum super illis terris videlicet nota-
 re debet per vos, cum, ap. possit, cogere. Verum cum super
 causa ista in eadem ap. impetratis, diligenter procedentes in
 causa, veritas in praesentia vestra constituta, vestre receptis hinc inde,
 et super instrumentis illorum, & instrumentis, disputationibus,
 et de praesentibus du habuit in causa ista, usque ad senten-
 tiam in eadem propositis: causam ipsam sufficienter instruatam ad
 nos remittentes, ut autem per diligentiam nostram

a. Cap. 21. de iur. par. in 1. comp. & post conc. Later. p. 25.
 b. de dec. c. 2. eod. tit. in 3. comp. d. al. 112. R. 6.
 de Buzg. & G. de Buzg. Abbat. c. 3. eod. tit. in 3. comp. f. Eke-
 mupae. g. Apparet. h. Interpretatio facienda est in meliorem
 partem, ut in valde, vid. l. quoniam de re. dub.

finis causa impatorum, eidem instrumentum tenore, de possessione
 vestrum & allegatione etiam, prout ea recuperatis, sigillorum ve-
 strorum munimine roborata vel consignata, vobis sub sigillo vestro re-
 mittimus interclusa per Apost. sed.]

CAP. VII.
 Si Episcopus in ecclesia, quam de consensu capituli pro loco con-
 cessit, percipiat certos proventus, illis donasse videtur: alioquin
 omnes proventus praeter cathedralicorum, cedunt pro loco. Et si Epi-
 scopus concessit de consensu patroni, intelligitur patronus donasse ius
 patronatus.


Idem Episcopo Heliesi a.
 Astoralis b officii: [1 & infra.] Tua nos duxit
 discretio e consulendos, si Episcopus contentiente
 patrono viris religiosis aliquam ecclesiam concedendo,
 haec utatur simplicitate verborum, concedimus vobis il-
 lam ecclesiam: utrum eo ipso videatur in eorum usus
 fuisse concessa, vel ius tantummodo patronatus? Nos
 autem inquisitioni tuae duximus respondendum, quod si
 Episcopus ecclesiam illis conferat de consensu patroni,
 profecto patronus, quod suum est, conferre videtur: ius
 videlicet patronatus d: & Episcopus quod temporaliter
 obtinet in eadem: ut si fructum ecclesiae eiusdem
 aliquam recipiat portionem, in eorum usus illa portio
 convertatur. Quod si ex ipsis proventus nullam
 debeat portionem habere, omnes proventus praeter ca-
 thedaticum in eorum usus credimus convertendos. Sed
 ut Episcopi donatio sit legitima, consensus est ius capitu-
 li requirendus.

CAP. VIII.
 Passus hospitalarii in prejudicium suum, se & domum suam
 alteri religiose domui subijcere & donare. hoc dicit, secundum intel-
 lectum glossae.

Idem Florentin. & Fesulan. Episcopi.

Inter dilectos & filios hospitalarios sancti sepulchri,
 ac fratres hospitalis S. Alucii, super eodem hospitali
 questione suborta, cum eidem hospitalarii super posses-
 sione, quod semel & iterum ex causis tamen dissimili-
 bus intentarunt, contrariam sententiam reportassent
 deinde ad petitorium recurrentes, proponere curarunt,
 quod cum G. quondam rector & fratres ac patroni e-
 jusdem hospitalis habito communi tractatu f. delibe-
 rassent, hospitale ipsum hospitalariis supponere supra-
 dictis, commiserunt in hoc tribus procuratoribus vires
 suas, communiter statuente, ut quod per ipsos fieret,
 acceptarent: qui cum eidem taliter staterunt, ut ad
 ipsum hospitale aliqui mitterentur, qui eorum nomine
 acciperent g. adsignationem ipsius, cum autem duos
 illuc de suis fratribus transmississent, ipsi donationem &
 adsignationem hospitalis, tam a Magistro, quam a su-
 pradictis procuratoribus, & aliis eiusdem domus frater-
 bus receperunt. & infra. Procurator autem partis al-
 terius ex adverso respondit, quod predicta donatio de-
 bebatur non immerito terra facti: quoniam multis ex fra-
 tribus in consensu ad predicto redore, ac paucioribus
 fratribus excommunicatis & perjuris, de religiofa in
 fraudem plebani de Pifcia, qui super eodem hospitali
 moverat quæstionem, fuerat celebrata: [1 & infra.]
 Attendentes igitur, quod fratres & patroni sancti Alucii
 pro se, imò potius contra se turpitudinem allega-
 bant: videlicet perjurium, excommunicationem, &
 fraudem non utriusque contra ipsos, sed ab ipsis commif-
 sam, & intelligentes donationem ab eis hospitala-
 riis factam, puram ac simplicem extitisse: quia non

a. al. Heliesen. b. Ca. 4. eod. tit. in 3. comp. Reliquas partes
 huius Dec. quare sup. de refer. pastoralis. & aliis locis. c. frater-
 nitas. d. Vid. l. Cajas. cum not. D. de pignor. e. Ca. 5. eod. tit. in
 3. compil. f. contractus. g. receperunt.



deceptoribus, sed deceptis iura subveniunt. Unde per ea, quae superius proposita sunt, se contra factum proprium legitime defendere non valebant, hospitali praedicti cum pertinentiis suis hospitalariis sancti sepulchri ad iudicare curavimus. Ita quod per hanc sententiam decessano Episcopo & plebano de Pificia nullum praedictum generetur: cum res inter alios acta non debeat aliis praedictum generare.

[1 Et haec omnia proponantur sufficienter per dispositiones testium productorum. Ad hoc vero parti altera multipliciter respondens hinc inde fuit aliquandiu disputatum.]

CAP. IX.

Donatio quinquagesima vel centesima, quam facti Episcopus cum gravi ecclesiae sua detrimento, potest legitime revocari: nec etiam potest ultra quinquagesimam vel centesimam conferre, etiam cessante lesione ecclesiae sine auctoritate superiorum.

Idem Episcopo sancti Andree.

Apostolicis sedis oraculo b: [1 & infra.] Inquisitionis taliter respondemus, quod licet sit in canone e definitum, ut si quis Episcoporum in parochia sua monasterium construere voluerit, & de rebus ecclesiae, cui praesidet, ipsum dotare, non amplius ibidem, quam quinquagesimam partem, ecclesiae vero, quam monasticis regulis informare, vel pro suis propriis magnificare voluerit sepulchris, non amplius, quam centesimam partem census ecclesiae cui praesit, debeat largiri: quia tamen in eodem canone consequenter adiungitur, ut haec d temperamenti aequitas observetur, quod cui tribuit, competens subsidium conferat: & cui tollit, damna gravia non infligat: ea quidem cautela servata, ut unam tantummodo quae placuerit ex his duabus, remunerationem asumat. Hoc semper est observandum, quod unus Episcopus vel alius non solum non debet amplius, sed nec tantum, nec minus cum gravi ecclesiae suae detrimento conferre, five simul & semel id facere velit, five pluries successive eidem, vel diversis ecclesiis conferendo. Unde cum grave detrimentum five de possessionibus five de proveniuntibus ad Episcopalem mensam vel cathedralem ecclesiam pertinentibus, in quantalibet portione constitit esse collatum, potest legitime revocari, nisi praescriptione vel alia exceptione legitima actio huiusmodi excludatur. Nam etsi prima facie praesumatur, quod collatio quinquagesimae vel centesimae partis grave non inferat detrimentum, quia tamen non solum si saepe, sed etiam si semel id fiat, ex variis circumstantiis deprehendi potest interdum valde damnosum: quod quidem magis potest ex offensione facti, quam expressione alicujus statuti cognosci: nec quinquagesima, nec centesima semel aut successive debet cum gravi ecclesiae damno conferri. Si vero in tantum abundet Episcopus, ut sine damno ecclesiae suae possit amplius etiam, quam per quinquagesimam vel centesimam partem necessitati alterius ecclesiae subvenire, quamvis per se non debeat summam excedere a canone praefinitam, per quam incaute largiri volentibus est occursum: de superioris tamen auctoritate [Pontificis s] potest etiam in majori summa in opus alterius providere.

[1 Cum plerumque contingat quod Episcopi successore loca relictis de rebus quae pertinent ad eisdem ultra quinquagesimam conferant portionem, ita quod interdum usque ad tertiam partem vel quartam, interdum vero plus minusve huiusmodi redi-

a Vid. l. transacionem C. de pact. & l. si petitor. ff. de iud. & l. finius. §. pacta. ff. de pac. b Cap. 6. eod. tituli, in 3. compilat. c Hunc canonem habes in concilio Tolet. cap. 3. referit Grat. 12. q. 2. c. 23. in cap. bona rei. Eius canonis verba hic inserit Innoc. usq. ad vers. Hoc semper. d ut per hoc temperant. e eadem. f Vox Pontificis, deest in vetustis Codicibus.

tas ministrantur: tua frat. no. consilium sermo factum... ea qua taliter fuerint ultra quinquagesimam partem... cet aliquatenus revocare. Non igitur.

CAP. X.

Donatio potest per donationem non per laudem non accit, ob ingratitude donatarii revocari, in casu praesentis.

Gregorius XI.

Propter eius ingratitude, in quem liberata collata, donatoris persona de rigore non tantum revocare a. Si forte in ipsum impus manus cerit b, aut sibi atroces iniurias, seu grave verum damnum, vel vitae periculum intente praedictum. Quod tamen ad donatoris, qui hoc tacuit, accit diut successores.

DE SPECVIO CLERICORUM.

TITVLVS XXV.

CAP. I.

Quaestum à rectore ecclesiae tempore praesentis non tantum praesumitur de bonis ecclesiae quaestum.

Ex concilio Arclateensi.

Investigandum est, si nihil patrimonialium ab Episcopo, quando promotus est ad ecclesiam, ad suam diocesanam emert praedia, quae ad possessionem ecclesiae, ad quam nihil habens pertinet, debent iuxta canonicam auctoritatem.

CAP. II.

De emptis per praelatum de bonis ecclesiae, debet praesentis confici nomine ecclesiae, alias debet praelato ut auctoritate removers.

Ex eodem.

Presbyter, cum diocesim tenet: de his, quae petemerit, ad ipsius ecclesiae nomen in praesentis at: aut ab eius ordinatione discedat.

CAP. III.

Quaestio per Episcopum post consecrationem suam, quaestio quaestio sunt.

Ex epistola Pii Papae.

Vt unusquisque & Presbyter res, quas post consecrationis adquisierit, proprie ecclesiae restituat.

CAP. IV.

Empta per praelatum ex emolumentis ecclesiae, officium licet praelatus emerit nomine alieno.

Ex concilio Rhemenensi.

Inquirendum est, si quis in Presbyteratu ecclesiae, vel oblationibus, vel votis, vel aliis, non nomine res comparaverit: quia si hoc fecerit, alieno nomine Presbyter fraudem facere debeat ecclesiasticis o debet, quoniam hoc factum est, & par crimini ludis futis, qui factas oblationes recipiat & furabatur.

a Vid. l. 1. & 2. C. de lib. & error. lib. 2. b In concilio concilio edita monachum monach. Barthelemy. lib. 2. c In 1. pro part. ca. 49. d Cap. 1. eod. tituli, in 3. compilat. e Hunc canonem habes in concilio Tolet. cap. 3. referit Grat. 12. q. 2. c. 23. in cap. bona rei. f Videtur sumptum ex concilio Carthaginiensi. g Resert Barthelemy. lib. 2. de ver. cap. 121. h In concilio quod 3. c. 1. k Cap. 1. eod. tituli, in 3. compilat. l In concilio noniam in concilio. m si aliquis Presbyter. n in concilio ecclesiae. p sacrilegium.